



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

5. Quid de libidinosis in fœminam fixis oculis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

etiam externa respectu mediorum  
requiratur, & procuretur non tan-  
tum per interiorē delectationē,  
tanquam causam ad quātam, sed  
potissimum per opus extēnum,  
v. g. libidinosum contacium. Et  
quemadmodum illē non incidit,  
qui tangit personam quantum-  
cunque libidinosē exercendō va-  
rios impudicitiae actus absque se-  
minis profusione, aut copula, quā-  
liis mortaliter peccet, ita quoque  
qui sine tactu proprii corporis, aut  
alio instrumento ob veneream  
turpitudinem mentalem pollui-  
tur: nisi perueniatur ad consum-  
mationem illius actus impudici,  
quem peccans intendit, vel in  
quem naturā suā ordinatur, id est,  
copulam scilicet carnalem.

V. Quæres 2. vtrum aspectus  
libidinosus in fœminam directus,  
ex qua apta est sequi pollutio, sit  
casus reservatus? Resp. 1. Si aspe-  
ctus

Etus aliqua quidem libidine quasi  
inaduertenter informatus à pul-  
chritudine faciei, aut formę fœmi-  
neæ, aut personæ superbè conue-  
stitæ proueniat, non esse vti nec  
mortalem, ita neque reseruatum.  
Ratio est quod huiusmodi aspe-  
ctus de se leuiter tantum in libidi-  
nem prouocet. Resp. 2. quando  
in grauem tentationem, & inde in  
pollutionem prolaberetur, necdū  
culpam reseruaram probabiliter  
committi; etiam si ex prava affe-  
ctione & intentione ad libidinem  
concitaretur, ob defectum operis  
externi, quod per se oculus impu-  
dicus non possit censeri propin-  
què lapsus carnis opere consum-  
matus. Resp. 3. Aspectus denu-  
dati in fœmina corporis, aut po-  
tioris partis ad libidinem allicien-  
tis, in qua impudicitia locum te-  
net cum pollutione iunctus, vide-  
tur sine pœnulis osculis, aut conta-

Et uero reseruatus, non tantum quod  
sit per se opus, aut actus externus  
libidinosus, sed etiam extrinsecus  
libidinem mortalem præferat,  
propinquè, propter ( idem fermè  
de turpitudine animalium libidi-  
nos è aspectâ ) maximam indecen-  
tiam & summum periculum. Sanch.  
I. 9. de debito coniugali. d. 46. s. Th. 22 q.  
131. 4 4 in o. ubi docet quod impu-  
dicitia non tantum se habeat ex  
parte intentionis, sed præci-  
puè versetur circa partes  
pudendas exte-  
riores.



Casut